



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Manuale Parochorum, Sive Institutiones & Praxes Tum Vitæ, tum Officii Pastoralis**

**Musart, Charles**

**Monachii, 1654**

I. De loco audiendarum confessionum, & decentiâ Habitûs.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41616**

Patrinus sufficit vnus, is esse debet confirmatus, contrahitq; similem cognitionem spiritualem, & matrimonii impedimentum, prout de baptismo dictum est.

CAPVT III.

Instructiones & praxes circa Sacramentum Pœnitentiæ.

PRIMA SECTIO.

Quædam generaliora.

NVM: I.

*De Scientiâ, Loco, & Habitu Confessarii.*

Scientia Casuum hîc opus est. Studes præsertim, vt versatus sis in distinguendis peccatis mortalibus à venialibus, & quæ mortalia specie sint diuersa: item, qui casus sint reseruari, qui annexam habeant censuram, quod onus sit restitutionis. Sanos ordinariè audies in Ecclesiâ, nisi subinde ratio aliud exigat, & quidem loco parenti, neq; obscuro: asserculus confessio-

fessio-



feffionalis ad audiendum perforatus, vultum tuum à pœnitentibus, præsertim fœminis, ita separet, vt audire, non item videre possis; neq; enim decet: vt minimùm manu, & strophilo interpositis coërceas aspectum. Decet, vbi, & quando mos est, superpellicio, & stolâ conuenienter, saltem veste Clericali indutum, confessiones excipere. Cùm ad altare pro sacrificio accesseris, non facilè aurem præbeat confiteri volenti, tum ne sacrificium interrumpas, tum ne longior fieri debeamora, aut neganda sit absolutio, non sine pœnitentis, & fortè aliorum perturbatione. Quoad infirmos attinet, maiori opus cautelâ, si in lecto iaceant, decenter sint cooperti, locus sit neq; obscurus, neque planè obseratus, adsit præsens aliquis testis, neque nimiamora trahatur, præsertim cum fœminis, exulêtque omnis leuitas, aut familiaritas: later hîc serpens: nihil promius, quàm spargi, & hauriri venenâ,

&amp;



& quanto tunc periculo salutis alterius?

N V M: II.

*Qui audiendi?*

**T**Vos audies, non alienos, nisi horum superior eam tibi potestatem delegarit. Censetur id fecisse pro casu necessitatis, item pro iis, qui in tuam Parochiam religionis causâ peregrinationem suscipiunt, aut illac iter faciunt, modò non dolo malo, vt proprium pastorem refugiant. Vagi, qui nusquam sedem certam habent, tui sunt, quamdiu inter tuas oues versantur. Religiosos audire potes, si facultatem à Prælato acceperint. Sacerdotibus sæcularibus consuetudo alicubi permittit, vt cuius approbato confiteri possint, & absolui à casibus ibi non reseruatis. Monendus hîc mihi es obiter, mi Neo-paroche, ne sine rationabili causâ miseris, & pauperibus nobiles, & diuites præhabeas, illos extrudas, hos intrudas: offendit enim

*hæc*